



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitauit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

Oratio de fugienda Sophistica in dirimendis controuersijs Ecclesiasticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

Hec inculcate animis optimi adolescentes. Nam studia uestra non tantum ad priuatas utilitates uestras, sed ad totam Rempub. ad gloriam Dei, ad Ecclesie salutem pertinent. Quod cum cogitationis, maiore cura ad tantarum rerum defensionem animi erunt instruendi ac preparandi. Atque hanc causas in bonis ingenijs plurimum ualere spero, quae decet profecto maxime et uoluntate Dei comminationibus diuinis, et periculis publicis ipsa rerum dignitate moueri. Dixi.

ORATIO DE ODIO SOPHISTICES, in promotione Magistrorum, recitata a
M. Erasmo Reinhold, Saluendensi,
Decano. Anno
M. D. XLI.



Arbitror probabili consilio institutum esse hos congressus, in quibus testimonium doctrinae ipsorum, quorum explorata est eruditio, tribuitur. Deest enim haec quasi censoria iudicia publice fieri. Sed quaecumque sunt causae, me congressus ipsi delectant. Iuuat enim coetus uidere bonorum et doctorum uirorum, qui sunt praecipua ornamenta Ecclesiae et Reipub. Et cum alios in alijs artibus excellere animant.

Ornamenta
Ecclesiae &
Reipub.

animaduerto, subit animum cogitatio, quanta uarietate artiū Deus et instruxerit, et inter se copulauerit genus humanum. Sape etiam mihi lachryme erumpunt intuenti in his pompis iuuentutē, cui quasi per manus Ecclesię gubernationem & curā conseruandę doctrine omnis generis tradimus. Hic ego cum impudentia ecclesię pericula animo præmetior, nō possum non deplorare causas, quę multę sunt, et uota facere pro uobis adolescentibus, qui in hanc difficillimā militiam cōscripti estis, et aliquantō post subituri acerrimas dimicationes. Hęc obuersantur animo meo, quoties ad hos cōgressus accedo, in quibus et hoc mihi uidetur pulcherrimē institutū, ne sint inerudita, muta et βαυοὺς & spectacula, ut sunt aularum, sed ut in ecclesia iuuentus audiat aliquid, quod ad eruditionem, aut mores profit. Hęc cōciones sunt precipuum decus horum congressuum.

Militia Christiana.

Postquam igitur me publici muneris ratio cogitiam hoc loco dicere, ualde optarim me orationem adferre posse utilem iuuentuti, et nō iniucundam præceptoribus nostris. Decreueram autem aliquid de illa dulcissima Philosophię parte dicere, quę cœlestes motus et effectus inquirat, quam in hac schola doceo. Sed hoc tempore inter ceteras occupationes, ea, quę inchoauerā, absolueris

non

Deliberationes
de Ecclesie con-
trouersis.

non potui. Quare delegi aliud cōmuniū argumē-
tum, de quo me recentium conuentuum actiones
admonuerunt. Lego in edictis Principum haberi
deliberationes de dirimendis cōtrouersijs Ecclesie
afficiis. Magna et Heroica uirtus est Principum,
si ueritatem patefieri et confirmari uolunt. Illi
facturi sunt, decet εὐφραδῆν, et bene precari, ut
lutare institutum Deus prouehat. Sed o rem mi-
ram acerbam & execrandam, hoc moliri huius
actionum duces ἡγεμόνες & βασιλευσὶς audio, ut sine
conciliationibus tenebras Euangelio inducant,
illucescentem ueritatem nouis præsigijs obruant,
ac tanto scelere otium redimant. Hanc ad rem
hibent homines callidos, sed prauè institutos,
ad Sophisticam aduefactos. Christus ait menda-
cium à Diabolo oriri: Nulla igitur ætas caret So-
phistica. Semper enim Diabolus serit mendacia,
& ut sint plausibilia, commendat aliquo pre-
textu. Hæ insidiæ nunc quoq; cauēde sunt, præ-
sertim cum hæc ætas fato quodam uideatur ob-
noxia crebrioribus mutationibus, & mira sit iu-
niorum inconstantia & curiositas, petulantia. In-
urgit occasiones Diabolus. Alij fastidiunt res
tradita, alij arrogantia nouas opiniones querunt,
alius metuit certamina, ut in ueteri uersu
tur. ἑπταξὶ ἀλέκτωρ δ' ἔλοι ὡς κλίνας πρὸς ἄνθρωπον

Sophistica o-
mnium temporū.

Imbuendæ sunt igitur bonæ mentes amore ue-
ritatis, & instillandum acerrimum odium So-
phisticæ. Hanc ob causam exempla quædam
superiorum temporum, non solum in Ecclesia,
sed etiam in Imperijs collegi, ut admoneant fu-
giendas esse similes præstigijs, & Sycophanti-
cam indignissimam uiris grauibus, & pernicio-
sam uitæ. Exordiar autem ab Ecclesiastico exem-
plo.

Exemplū Ariæ.

Cum esset ingens ecclesiæ calamitas, discordia
ex impio Ariæ dogmate nata, multi, ut sunt homi-
num cōsilia, nō tam ueritati, quàm tranquillitatī
consultum cupiebant. Itaq; in Syrmienſi Synodo
quæ sita est ambigua formula, quæ si ab utraque
parie reciperetur, disidium tolleret. Conuenit, ut
omnes ecclesiæ pariter legerēt in Symbolo $\delta\mu\omicron\iota\sigma\iota\omicron\upsilon\pi$
op, cum antea pij legissent $\delta\mu\omicron\delta\sigma\iota\omicron\upsilon\pi$. Hic cothur-
nus utriq; pedi congruens uidebatur sustulisse di-
scordiam. Sed quid accidit? Fucosa nunquā dura-
bilia sunt. Cum alij aliter interpretarentur sym-
bolum, rursus incendium maius ex illa ipsa sym-
boli corruptela ortū est. Confirmabatur enim A-
riani, nō sanabantur, pij premebantur, imbecilles
et indocti perturbabantur. Talis est exitus horū
consiliorum, quorum imago in Comædijs pro-
ponitur, non ut ea imitemur in religionibus,
in ima

Comædijs.

in imperijs, in moribus, sed ut cauere discamus. Laudunt serui fallacijs, ut Syrus. Huic equidem consilio palmam do, hic me magnificè effero, qui tantā in me et potestatem habeam tantæ astutiae, uera dicendo ut eos ambos fallā. Sed ille idem ueritator aliquantō post deprehensus, quid sceleris, scelestus, quantas turbas cōsciui insciens. Non diu fefellerat senes, sed sibi plagas accersuerat. Narrat historia in illa Syrmientiensi synodo ad Hispanum episcopum Osum rectè sentientem, propter eruditionem et pietatē clarum: Hic suae mollicie animi, siue circumuentus aliqua tectore ut sit, cōprobauit ambiguā et sycophanticam mulam. Tanto uiro nō leue uulnus infixit hic error, praesertim intuēti postea nouas dissipationes. Dolebat à se proditam esse ueritatem, cōfirmatam impiorum furores, perturbatum spiritum sanctum in bonis, adductos in dubitationem imbecilles. Quid est turpius, quàm de coelesti doctrina ludere, ut in comœdijs ludūt Pseudolus, Phormio, aut similes Sycophantæ? Et tamen uisus potentes nunc praecipuè admirari et in conspectum uehere tales Pseudolos, qui flexiloquas conuersiones praescribunt, qui circumuenire et obsequere tardiores quoquo modo possunt.

Delectatur homines captionibus, ut celebrantur Romae

Osius Episcopus.

Romanus Magistratus, qui Regi ueteratori bellè Delectantur
 imposuit, cum in cōditionibus pacis cū Antiocho homines capti
 factæ scripsit, ut dimidiū nauū Antiochi Roma-
 ni retineret. Hic Romanus dissecari omnes naues
 curauit, et trabes sectas ita diuidi, ut dimidium re-
 lineretur Antiocho. Alius quispiam pactus ali-
 quot dierum inducias, noctu populabatur agros.
 Deniq; multa huius generis astute, aut etiam calu-
 mniōse acta leguntur, quæ si in Ecclesia imitari
 doctores uolent, funditus delebitur religio, Venit
 Athenas Demetrius regū suæ ætatis florētissimus
 Antigoni filius, ut Eleusinijs initiaretur. Venit
 autem mense Martio, quo fieri Eleusinia non lice-
 bat, quibus attributi erant menses duo, Nouēber
 et Augustus. Vt igitur regi mos gereretur, nec ta-
 men sacra pollui uideretur, inuēta est bella ratio.
 Lex lata est, ut mensium nomina mutarentur. Si
 milima res nunc agitur. Volunt illi conciliatores
 retineri cum alia multa deliria, tum etiā errores, Conciliatores
 malitiosi.
 quibus polluitur cœna Domini. Adsingamus, in-
 quit, molliores interpretationes, ubi legitur of-
 ferri hostia ad animarū redemptionē, intelligamus
 non nunc offerri à nobis, sed Deum interpellari,
 ut propter hostiam, quæ ob ipso Pontifice Christo
 oblata, tunc redemit animas, nos exaudiat. Ae-
 grè amittunt satis factiones, sed molliunt nomen.

¶ Volunt

Volunt uocari castigationes Ecclesiasticas. Tollibus fucis pingere absurda dogmata conantur, nec illud agunt, ut errores emendent, ut moriantur Ecclesie, sed ut nouis pretextibus neruos retineant uitiosorum cultuum. Hoc consilio quatenus illa σοφὰ φάσμα, ut plausible specie res pueriosas commendent populo. Hæc corruptela celestis doctrine quantum oderit Deus, uox illa loquitur. Non assumes nomen Domini Dei tui uani. Minatur Deus se puniturum esse has contumelias sui nominis & ueræ doctrine. Ac admonet singulos de hac uoce Dei, calamitates uel publicæ, uel priuatorum debebant, quæ profectò sunt pænæ humanorum flagitiorum, ac præcipue contemptus Dei, & deprauata religionis.

Nimum sibi blandiuntur Sycophantæ, si possint se impunè ludere in Ecclesia, inuolueres ueræ, fucis ornare errores. Exitum iude proditoris expectent, quem imitantur. Ut enim ille proditor sculo filium Dei: Ita Euangelium quadam blandi specie delere isti conantur. Semper calumniatorum deprauatio et fraudes in iudicijs, etiã in imperijs diuinitus punitæ sunt, non solùm in Ecclesia. Meministis sophisma Critiæ, qui unus erat ex triginta uiris, qui regebant Athenas, postquam acceptæ a Lacedæmonijs, rursus pacem impetrauerat.

Osculum Iudæ.

Critiæ sophisma.

Esti autem eo tempore crebrae seditiones praebe-
 bant causam triginta illis, ut asperius scirent in
 ciues, tamen legem condiderant ipsi, ne quis ex
 suo Catalogo indicta causa interficeretur. Cū igitur
 Theramenem collegam Critias interfici iussisset,
 implorat Theramenes legis auxilium, petit
 ne indicta causa interficiatur: Respondet Critias,
 legem loqui de ijs, quorum nomina sunt in Catalo-
 go, se autem iam Theramenis nomen in Catalogo
 delere. Ita eludit legem Critias, sed huius cruen-
 ti Sophismatis poenas statim postea dedit: cum a-
 mici Theramenis pulsi ciuitate Rempub. recupera-
 rarunt, & Critiam, & quosdam alios, quos ille
 crudelitatis socios habuerat, interfecerunt. Nec
 illa religionum Sophismata sunt incruenta, de
 quibus iam dicimus. Nam si pij deprehensis fucis
 confirmare errores non uolent, rursus grassabun-
 tur Tyranni asperius, quàm antea, confirmati iam
 iudicij horum conciliatorum, quorum autoritas
 propter sapientia et moderationis opinionem a-
 pud Principes multum ualet. Nulla durabilis tra-
 quillitas in Ecclesia sine ueritate constitui potest.
 Fucosae moderationes & ueritati nocebunt, et in-
 flammabunt discordias ac seuciam, et parient in-
 finitas dissipationes & sectas. Ideo optemus toto
 precore, ut Deus regat principum consilia, & Ec-
 clesiam

¶ h i j clesiā

clesiam ab hac Sophistica liberet, ut precatur
us Dei iam aditurus mortē, cum ait: Pater sancti
fica eos in ueritate, sermo tuus est ueritas. Quod
prohiberi corruptelas ueritatis. Ad has precas
nostri Pōtificis adiungamus et nostra uota, et
gramus illam nouā Sophisticam ecclesie extirpare.

Causæ.

Alij alias causas habent, cur ad hanc Sophis-
ta confugiant. Aduersarij prodesse sibi hec con-
lia uident ad tuēdas opes, Docti quales sunt Vro-
toniensis, Vuicelius & similes, laudem ingenij
biunt. Sic uolunt à Regibus predicari, ut Spho-
phanta apud Plautum, Ut ego te propter per-
am tuam amo, te metuo, te magnifacio. Nonnulli
metu has tanquam latebras querunt, ut Therastus
nes cum quidem subinde Reipub. formam muta-
bat, tamen quoties labescere partem suam uide-
inclinauit ad alteram, & se arte ex periculis con-
uit, ut dicit Aristophanes: Subito pro Chio con-
id est, ut in ludo talorum dicitur, pro monachia
nionē extitisse, πέντε ωκερ inquit ἐξω τῶν
δου χι ὀ ἀδὰ κω.

Andromachis
querela, qua de-
pingit Sophi-
stas.

Deniq; suo ocio consulunt non Ecclesia, qui
plaudunt his Sophismatibus. In hos uere com-
tit illa acerbissima querela Andromaches apud
Euripidem, quam sceleratē Menelaus deceperat.
Cum enim confugisset ad aram, ne à Menelao

terficeretur, iubet ille adferri infantē filiū Pyrrhi et Andromaches, eāq; iubet ab ara discedentē redire ad percussorē, quod nisi faciat, minatur se filiū ipsius interfectorū esse. Hic generosa mater filij salutē antepōnit suæ, ac discedit ab ara. Postquā igitur ad percussorem redit, insultat Menelaus deceptæ mulieri. Te inquit, ego quidē interficiā, sed infantē filia mea perdet. Hic illa iusto et ingēti dolore adfecta exclamat: O dignissimi odio Spartani, et execrādi ab omnibus hominibus, dolosi, mendaciorū architecti, insidiosi, flexiloquas ambages captates, aliud loquētes, aliud sentientes, malè peccatis. Quo possunt ueriores elogio describi huius tēporis Sophistæ, quā his Andromachæ uerbis? Quid præcari iustius est, quā ut cōseruetur doctrinæ puritas, deleta & extincta hac Sophistica. Et ut Andromachæ dira imprecatur impostoribus; Ita minantur eis pœnas diuina oracula apud Esaiam, V & ijs, qui malum dicūt bonum, tenebras lucem. Hæc fulmina exuscitēt nos ad amorē ueritatis, et ut cauere Sophisticē possimus, maiore cura incūbamus in studia ueræ doctrinæ, et instruamus ac præmuniamus animos rectis sententijs.

Quantum periculi est, si inermis cum Lupo con-
gredi uelis, tantum periculi esse credite, si sine soli
Cautio.
da eruditione astutos illos & insidiosos Antagonistas

nistas adori amini. Et Christus, etsi iubet imitari
 simplicitate colūbas, hoc est, iubet esse sine uirili-
 tia, tamen hortatur, ut simus prudentes sicut serpi-
 tes, hoc est, simus intenti in hostē & cauti, ut Ser-
 pēs dicitur singulari arte, caput tegere in dimi-
 tione. Porro ad cauēdas insidias, eruditione opus
 est, ut Pseudographias in numeris nemo iudicare
 potest, nisi artifex, et ita dogmatū deprauationes
 refutari nō possunt, nisi à peritis. Nec uerò dubi-
 te, quin plerisq; nostrū ingētia certamina ueni-
 etas paritura sit, quae iā animo intuētes omniū
 ingenij uiribus ac neruis cōtendite, ut instructi
 parati ad maximarū rerum explicationem et pro-
 pugnationem accedatis. Et hanc curam memi-
 ritus Deo placere, & gratum sacrificium esse, quod
 quidem & studia iuuabit, ad hunc directū finem
 & scopum. Nec ego, cū fucosas conciliationes
 detestor, propterea moderata consilia, moderatas
 sententias improbo, sed corruptelas cauere uolens
 semper est moderatissimum, quod est uerum, pro-
 pterē, proprie, perspicue & disertē traditum.

Artes medio-
 critatem quere-
 re.

Notum est illud Aristotelis scite dictum: Artes
 omnes mediocritatem quandā querere, quod
 tē nō de prauis et corruptis artium operibus
 ueris intelligēdum est. In his est sua et ueris pro-
 ceptis conueniens mediocritas, & ut dicam, quae
 harmonia

harmonia. Et cum in sententijs constantiã laudo,
 nõ confirmo malorũ pertinaciã, aut ingeniorum
 petulantia. Retineatur illa à Platone laudata cœ-
 lestis mediocritas, uidelicet, Geometrica, quæ ar-
 cet Tyrannidẽ et frenũ inijcit uulgo, iubet esse ido-
 neos iudices et gubernatores. Tales cognoscãt do-
 gmata, ac dijudicẽt ex ueris, certis, et nõ calumni-
 ose detortis testimonijs, reprimant Tyrannos, fre-
 nent petulantia ingenia: deniq; curent in Ecclesia
 extare ueram & certam doctrinam, propriẽ &
 dilucidẽ explicatam, non dilutam Sophistica. Hoc
 toto pectore optamus, ut tollantur ex Ecclesia
 hæreses, & Deus Pater liberatoris nostri
 Iesu Christi uerẽ inuocetur & colatur, ut fulgeat
 Christi gloria, ut multi ad pietatem & salutem
 inuidentur. Hæc opto, cum sucosas conciliationes
 fugendas censeo: Ac prius dehiscere mihi terram
 uelim, quã ab hac sententia deducar. Nec mo-
 ror aut Theramenis, aut similibus iudicia, qui
 clamitant Scholasticos alieno periculo fortes es-
 se, qui si non amant hoc decus, ut pro religione
 pericula & labores perferant, indigni iudican-
 di sunt, qui nos tueantur. Erit Ecclesia Deo cu-
 re, etiamsi ab ipsis deserta & proiecta fuerit,
 quam quidem Deus sine humanis præsidijs serua-
 re solet.

Dixi.

q̄ iiij ORA.